

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

adesse ionathan et armigerum eius. Et ait saul ad achiam. **A**pplica arcas domini. Erat enim ibi arca dei in die illa cum filiis israel. **C**um loqueretur saul ad sacerdotem. tumultus magnus exortus est in castris philistinorum: crescebatque paulatim. et clarius reboabat. Et ait saul ad sacerdotem. **C**ontrahe manum tuam. **N**on clamauit ergo saul. et omnis populus qui erat cum eo: et uenerunt usque ad locum certaminis. **E**t ecce uersus fuerat gladius unus cuiusque ad primum suum: et cedes magna nimis. **S**ed et hebrei qui fuerant cum philistinorum heri et nudius tertius. ascenderantque cum eis in castris: reuersi sunt ut essent cum israel. qui erant cum saul et ionatha. **Q**ues quoque israelitice qui se absconderant in monte ephraim: audientes quod fugisset philistei: sociauerunt se cum suis in prelio: et erant cum saul quasi decem milia uirorum. **E**t saluauit dominus deus israel in die illa. **P**ugna autem peruenit usque bethauen: et uiri israel sociati sunt sibi in die illa. **A**diurauit autem saul populum dicens. **M**aledictus vir qui comederit panem usque ad uesperam. donec uiscerum de inimicis meis. **E**t non manducauit uniuersus populus panem. **O**mnisque terre uulgus uenit in saltum in quo erat mel super faciem agri. **I**ngressus est itaque populus saltum. et apparuit fluens mel: nullusque applicuit manum ad os suum. **T**imebat enim populus iuramentum. **P**orro ionathas non audierat cum adiuraret pater eius po-

pulum. **E**t extenditque summatem uirgule quam habebat in manu. et intinxit in fauam mellis: et conuertit manum suam ad os suum. **E**t illuminati sunt oculi eius. **R**espondensque unus de populo ait: **I**ureiurando constrinxit pater tuus populum dicens: maledictus vir qui comederit panem hodie. **D**efecerat enim populus. **D**ixitque ionathas: **T**urbauit pater meus terram. **U**idistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei. eo quod gustauerim paululum de melle isto: quantomagis si comedisset populus de preda inimicorum suorum quam repperit. **N**onne maior facta fuisset plaga in philistinorum: **P**ercusserunt ergo in die illa philisteos a machimis usque in abialon. **D**efatigatus est autem populus nimis. et uersus ad preda: tulit oues et boues et uullos et mactauerunt in terra: comeditque populus cum sanguine. **N**unciauerunt autem sauli dicentes. **Q**uod populus peccasset domino preuaricati estis. **U**oluite ad me iam sarum grande. **E**t dixit saul. **D**ispergamini in uulgus. et dicite eis: ut adducat ad me unusquisque bouem suum et arietem. et occidite super istud et uescimini: et non peccabitis domino comedentes cum sanguine. **A**dduxit itaque omnis populus unusquisque bouem in manu sua usque ad noctem: et occiderunt ibi. **E**dificauit autem saul altare domino. **T**uncque primum cepit edificare altare domino. **E**t dixit saul. **I**rruam?

diffe cum sanguine dicuntur. quia mactatis victimis non obtulerunt ad sanctuarium sacerdotibus iuxta legem adipem et sanguinem: cum scilicet sanctuarium secum haberet. quando enim locus sanctuarii procul erat: inbebat in terram sanguis fundi. earum. scilicet victimarum quas preparabant ad eius suum. **C**um vero sanctuarium presens erat: super altare domini fundebatur. unde in deuteronomio. **S**anguinem hostiarum tuarum fundes in altari. carnibus autem ipse uesceris. hoc populus modo non fecit ideo dicitur domino peccasse et cum sanguine comedisse.

Et occiderunt. **O**ccisio animalium est baptismi: in quo uetus homo moritur. **I**ngens sarum super quod fiebat occisio. fides est: sine qua non moritur uetus homo. **M**actatio in terra: hereticorum baptismi: cuius sanguinem comedunt: quando absque purificatione peccatorum sibi lotos aggregant. hec animalia de philisteis capta. si significant: aut de hereticis reductos. aut de gentilitate conuersos. illos imperiti re-baptizant. istos alii quia ecclesia tradit baptismi. **Q**uos christus uelut saul in fide sua quasi super saxum grande occidit: boues et oues. in differentias hominum baptismi precepit.

Occidite super. **E**t fluat sanguis ad terram: uel comedit cum sanguine: quia ante sacrificium uespertinum comedere. quod post strages uisus erat fieri anticum. uel in hoc peccauerunt (ut placet qui busdam) quod ad hostium tabernaculi victimas suas non duxerunt.

Tuncque primum. **C.** **E.** **A.** **D.** **Q**uia obediens et recte. **S**uperius uero cum increpatus est a samuele. non dicitur edificasse domino: quia inobediens edificauit.

Porro ionathas. **C**olombe domini. hic eos significat. qui accepta spiritus sancti gratia. mundi parant spernere illecebras. non enim potest contra allophilos spirituales. id est demones uiriliter pugnare. qui mundi dulcedinem nescit deducere.

Illuminati sunt. **A**ug. **N**on ad uide dum: quia ante uidebat sed ad discernendum. quia uentum tengerat uide confundebat. **Q**uo facto monetur omnis qui deo uult militare: oes voluptatum illecebras contemere. **U**el enim distillant labia meretricis. id est. uoluptas carnalis delectationem parit. de qua mystice putatur ionathas gustasse et forte deprehensus. uix precibus populi liberatus est. unde patet enim qui mundi uoluptate superat. sanctorum suffragiis et fraternalibus orationibus indigere.

Populus peccasset domino. **C.** **E.** **A.** **D.** **Q**uia obediens et recte. **S**uperius uero cum increpatus est a samuele. non dicitur edificasse domino: quia inobediens edificauit.